



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsulti Hilaria, siue Evphronae
Pantheae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1422

IIX. Ad D. Iulium Comite[m] Salmae, & Neoburgi ad Oenum, Caes. Consil.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12386

Te, succōne colam ipse nunc amomi,
Aut costo: tibi mens placere grata,
Et constans pietas, fidesque semper
Inculpata solet. Sit ergo sit laus,
Sit et gloria nunc tibi perennis:
Mundi maxime rector, arbiterque:
Solus quod mea fortitudo, quodque
Salus, et mea laus es omne in ænum:
Totum me tibi dedico vicissim,
Voti nempe reus, sacroque totum.
Dum viuo hic, animus meus, simulque
Mens mea, atque anima, ô DEVS, meumque
Cor, et pectus, et os, et ipsa lingua,
Et quicquid mihi sensuum dedisti:
Vni seruat optimo parenti:
Cui me vivere, vel mori necesse est.

VII.

Ad Rupertum à Stozin:
gen, EQ. Cæs. Confil.

Vita quid est? iter ad mortem. mors proxima vita
Vivus homo sensim, dum loquitur, moritur.

IX.

Ad D. Iulium Comitē S.
imx, & Neoburgi ad Oenum, Cæs. Confil.
Ipsa dies quandoque parens, quandoq. nouera
Longaque fors vitæ nulla sub orbe manet,

Inque vicem cedunt semper dolor, atq; voluptas:
Alter & alterius sic comes esse solet.

Post Zephyrum flat vt Eurus: & vt post nubila
(Phœbus

Fulget: & vt sequitur festa, profesta dies.

Sic dolor ille tuus ne sit flagrantior æquo

IVL I: filioli quem dedit atra dies:

Gaudia præmissum relevant inopina dolorem:

Quæ dat filiolæ lustricus ille dies:

Quo magni patris, & matris magnæ inclyta proles,

Fit Christi soboles, fonte renata sacro.

Sit precor, ANNA, diu cœlesti plena fauore

HELI SABE, requies sit quoq; cara Deo:

Quodq; habet, hoc habeat, Dijs æquis, nomē vt omē:

Plena det vt matri gaudia, plena Patri.

IX.

D. Adamo Kitlizio, Ba-
roni Silefio.

Quantum quisque sibi vitæ furatur, ADAME,

Tantum, nec sibi plus, crede, lucratur homo.

X.

Ad D. Ioan. Gothardum

Streinium Baronem Schuar-
zenauium.

Vnus terminus, vna meta vitæ est

STREINI, mens bilaris, beatioris:

A 9 Si